



**Nicolai Lancicij E Societate Iesv Opvcvlorvm Spiritvalivm
Tomvs ...**

Łęczycki, Mikołaj

Antverpiae, 1650

De vsu oris, labioru[m], & linguæ. Cap. XI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78809](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-78809)

tis visione, & fruitione beata quodammodo
immeritus, & ut humano modo loquamur, qua-
si in se absorptus, attendit tamen perfectissime
omnibus rebus humanis, ac si de re nullâ alia
cogitaret ita diuina gratia beneficio Servi eius
proportione quadam, cum imitantur in hoc,
dum actualis denotio interior non impedit, sed
perficit opera exteriora, & Maria iuuat Mar-
tham.

192. Secundo. Præter communes actiones, & or-
dinariam modum eas offerendi, adhuc etiam
extraordinariam industriam circa res alias, or-
dinatas quidem, sed ad quas non multi refle-
ctunt animum, & spiritualia lucra non querunt.
Adferam aliquot exempla huius lucri spiritua-
lis, & modum crescendi in gratia propter gu-
stum Domini Dei nostri, etiam in aliquibus re-
bus vilissimis. Ex quibus exemplis, Spiritus san-
cti innotione adiutus, plura per te inuenies &
dilices.

Dum servus ad mensam, præscitim secun-
dam, inde non discedas, nisi postquam omnes
profici discesserint qui mensa accumbebant,
etiamsi aliqui accumbentes verè non egeant
tua operâ, eo quod omnia habeant necessaria.
Id autem facies Christi personam in iis hono-
rando. Nam si Christus accumbet, omnino
pruis illo non discederes. Eodem tempore cu-
rioso oculo, & avida animo circumspice, ne
quid desit, & cum summâ animi alacritate pre-
be necessaria, & præueni etiam petitionem eo-
rum, non secus, ac Christo, vel S. Ignatio mini-
strares, finem tamen huius diligentia non ali-
lium proponendo, quam gustum intimum, &
cordalem, vt ita dicam, Domini tui. O quan-
tum feruens anima pingueſcit tali modo lingui-
tas actiones peragendolò quantis donis diuini-
tus repletur talis diligentia in parvis rebus!
Sciunt experti. Ita dum alterius loco imponitur
tibi aliquid perficiendum, aut dum applicaris
sepius quam alii ad officium aliquid vile, vel
laboriosum, exulta, nec detrecta oblatam me-
rendi occasionem. Dum in cubiculo deambu-
las, quando te ad aliam partem vertere vis, caue
ne tergū, sed faciem obuertas illi cubiculi parti,
que vergit ad locum SS. Eucharistie proximum,
idque expresso affectu reverentia & amoris erga
Dominum Iesum in Eucharistiæ existentem.
Dum Sacrum dicas, illud finiens, ita relinque
omnia signa per funiculos illos sericeos disponi-
tas, vtis qui successurus est, statim inueniat Mis-
sam dicendam, & omnes orationes ad eam spe-
ctantes, nec opus habeat vulum funiculum
transponere, idque facias ex actuali, & expre-
so affectu fraternali charitatis propter Deum.
In fine comedionis, ita pone vitrum, cochlear,
funiculas &c, viis qui leruit, facilè sine cona-
tu auferat è mensa. Sic dum potus deest, & is
qui seruit vult infundere, offer ei cantharum, si
longius ab illo remotus est, ne cogatur corpore

anterius infexo illum apprehendere cum ali-
quo labore, quæ omnia facias expressè ex affec-
tu pure supernaturali propter Deum tuum &
gustum eius. Si in loca perfusa, & maculata in-
cideris, ea munda ex simili affectu. Non tam as-
picit Deus, quid facis, quam quo affectu & mo-
do. Denique practice in omnibus & singulis
occasionsibus serua illud: *Quod tibi vñ fieri, alteris
faceris, quantum per obedientiam & regulas li-
cet.*

Terter. Quoniam meriti magnum fit incre-
mentum ex intensione bonorum actuum, idèd
da operam, vt si non omnes, saltem præcipuas
actiones tuas, quæ Deum attingunt, valde ac-
centi, feruenter, & cum summa, quâ potes, con-
tentio facias, saltem in aliquâ parte, actiones
diutius durantes, si non in totâ. Solet autem in-
tensio actionis redundare etiam in corpus, &
illud sensibiliter accendere, & piè commouere,
& alterare. Nam, vt ait S. Thomas; *Fervor chari-
tatis in hoc consistit, quod actus eius ex suâ vehemen-
tiâ, usque ad permutationem inferioris partis redun-
der.* Et, vt idem docet alio in loco, *Fervor charita-
tis dicitur per similitudinem, secundum quod ad exte-
riora quodammodo bulliendo refunditur.* Hæc hoc
loco sufficiant, quoad multiplicationem meri-
torum in operando, de quâ plura dicam in O-
pusculo de negotiatione caelesti.

Quarto. Magna est meritorum materia in
mortificatione affectuum, non exequendo ea,
ad quæ nos inordinatè impellant, sed contraria
illis faciendo. Excelluit hac in re N. P. Balthasar
Aluarez. Qui continuè se ipsum persequebatur, subi-
negabat, quicquid natura appetere, non solum in rebus
majoribus, sed etiam in minutissimis. Dicebat enim
substantiam mortificationis in eo consistere, vt in rebus
omnibus, etiam minimis, adhibeatur. Et hac continua
sui mortificatione sustulit omnia profectus sui impedi-
menta. Vicit passiones suas, & obtinuit Spiritus liber-
tatem, sui ipsius & affectuum omnium tam exactum
dominium.

CAPUT VNDECIMVM.

De vñ oris, labiorum, & linguæ.

Indecorum est voce clamolâ vñ, quod S. Ber-
nardus ex S. Benedicto, & Cassianus inter
gradus superbiae ponit. Et tales sic tractare præ-
cipit Quintilianus: *Sunt, inquit, quidam praduri
oris, ut obrepent ingenti clamore, quos vt non imita-
ri, uta acriter propulsare oportet.* Non spernenda est
hæc modestia. Nam Spiritus sanctus inter Chri-
sti laudes ponit: *Non contendet, neque clamabit, ne-*
1a. 42. 2. Matt. 11.
que audiens aliquis in platea vocem eius. S. Ioanni Da-
masceno in Monasterio Laura, ob cantatum in
cubiculo Sacrum Hymnum, à Magistro Noui-
tiorum pena fuit iniuncta, sordium omnium è
Monachorum cellis colligendarum & expo-
s. 2. de in-
tandarum. *Quoties, inquit S. Basilius, inter se collo-
qui mon.*

quiū

quiū habere conueniet, vocis modum ipsi necessitas ipsa definet, ut scilicet cum eo, qui propinquior sit, pressius agatur, qui autem remotior, is altiore aliquando voce appelleatur. Illud autem, ut aliquis in dando consilio, hortacione de re aliquā adhibendā maiorem, asperioreq; veatur vox sonus, hoc, ut res consumellosa est, ē Convenit prorsus amoquetur.

In char.
libr. de
Hon.
Cic. in
Brut.
Au. de di-
tin. to. 6.
23.
Laert. in
Carn.

Theophractus inter signa inurbanitatis & animi rustici ponit; In sīd altiore voce loqui & majori. Plotarchus: Vociſeratio barbarorum est, silentium autem Graecorum. Cicero, & S. Augustinus, probans in Caio Fimbriā: Idem est iudicium Spiritus sancti: Fatuus exaltat vocem suam. Cum Carneades Philoponus in Gymnasio disputando vocem intendisset, misit ad illum Praefectus gymnasij, ne ē clamor insolentia viteretur. Da igitur, respondit, vox modum. Ille qui missus erat inquit: Sint pro mensurā auditores, scilicet non magis atrollandam esse vocem, quam opus sit ut exaudiatur, quod sine clamore fieri potest.

Indecorum quoque est cachinnos edere, seu ridere clamore. Ipsius vox sonum liberet modestia, ne cuiusquam offendat aurem vox fortior, inquit S. Ambroſius. Vixque qui diffidit, ut ait Clemens Alexandrinus, vocem suam metatur iustā proportionē & commoderationē. Elatus enim clamor pronunciationis, est res inanissima. Cum proximis autem ita loqui, ut non audiari, eius est, qui nullo est sensu predictus; neque enim audient: & est hoc quidem pusilli, & abiecti animi indicium, illud verò arrogantiae.

196. Abst etiam vehemens contentio pro inani verborum victoria, &c.

Frequenter fovere, & violentius extreare, & etiam emungere, in coniunctu vitandum est. Coniuarium viquae habenda est ratio, ne pronauscā talem auferatur turpitudinem, que arguit intemperantiam. Non enim sicut bobis, & asinis simul est præsepe & sterquilinium.

Sternutatio autem si cui euenerit, sicut etiam ruitus, non oportebit sono proximos cire, qui de malā educatione ferant testimonium. Sed ruitus quidem cum expirato aere est transmittendus, ore decoro composto, nec instar personarum tragicarum diducto & biane. Sternutatio autem, qui conturbat spiritus, respiratione leviter represā, ac retentā auferendus est. Hac enim ratione quam honestissime fieri poterit, congregata spiritus minē intus sunt extinguenda, prouidendo vita transeat, ut etiam catēros latere conetur, si vi expressus aer aliquod secum excrementum duxerit. Arrogantia autem, & insolentie signum est ipsi velle sonis aliquid addere, non autem detrahere. Sit ergo, ut monuit Cassiodorus, vox mediocris, nec de-

de anima.
cap. 18.
epist. 1.

1. Offic.
c. 19. fin.

Vitium maius est, effaminatè loqui, quod forte intellexit S. Hieronymus, dum vetat, Loqui voce tenui, & suspindo. S. Ambroſius citatus à S. Thoma improbat molliculum & infractum vocis sonum. Vox, inquit S. Ambroſius, sit non remissa, non fracta, nūl famineum sonans, sed formam quan-

dam, & regulam, ac succum virilem seruans. Sed ve molliculum, & infractum, aut vocis sonum, aut gestum corporis non probo, ita neque agrestem ac rusticum. Et: Vox sit distincta, pronunciationis modo, & plena suci virili, ut agrestem ac subrusticum fugiat sonum non ve rhythmum affectet scenicum, sed mysticum seruet. Et Thasenles vocem muliebriter infringentes merito carpit Dio Chrysostomus. Et S. Bernar- Ser. 47. in dus reprehendit illos Monachos, qui in Choro Can- Thea. canunt parcentes vocibus, & fractis, ac remissis vocibus muliere quippiam balba de nare sonantes, non virili sono. Hoc tanti fecit S. Hieronymus, ut dans monita Eustochio pro custodiā Virginitatis, etiam hoc improbet, & quidem in fœminis, quas nunc stricis dentibus, nunc labiis dissolutis, balbientem lingua in dimidiata verba moderantur. Et hoc appellat lingua adulterium.

Dedecet quoque contrarium, nimis rūm pompatice loqui, & quasi edendo oracula, & interrumperē sermonem alterius. Docuit hoc Spiritus Sanctus: Qui prius respondet, quam audiatur, stultum se esse demonstrat, & confusione dignum. Et alibi: Prūsquam audias, ne respondeas verbum, & in medio Seniorum ne adicias loqui. Quod etsi cum omnibus faciendum est, præcipue tamen, dum te Seniores alloquuntur, ausculte, ne interrumpas loquentem. Temperantia est: inquit S. Prosper, quid reverentiam Seniorum exhibemus, quid praſamus Seniori loquenti silentium; quid d'ipsius ad loquendum præstolamur imperium. Didicit hoc à Scripturā sanctā, que monet: In medio magnatorum non presumas. Et, ubi sunt senes, non multū loquaris. Et Ecc. II. ii. alio in loco: Noli verboſus esse in multitudine Presbyterorum. Hoc est, ut exponit Ianuenius, noli garrisere, & iocose loqui. Imō Clemens Alexandrinus vetat ridere, si adſint Seniores, vel aliqui, quos equum est revereri.

Altero loquente, inquit S. Dorotheus, caue sermonem abruppas, responde, ut sapiens, & cordatus, non vi rudi & ignaus. S. Bernardus inter superbie gradus quartū loco ponit, præuenire interrogantem, non querenti respondere, & verba collucitoris imperfecte præcindere. Quintilianus in eis vitia 1.6. cap. 1. sermonis reponit: Si qui medios sermones intercipiant, & omnia tumultu confundant. Quam solam ob causam ter fuit, Deo permittente, flagellatus a dæmonibus, sanctus Vir P. Ioannes Fernandez noster, ut in eius vita Hispanicā manu scripta p. Claudio Generali, pro locupletanda Societatis Historiā, missa ex Hispaniā, legi Romi: qui tamē tam seuerē castigatus ob intertupatos aliorum sermones, adeo erat Deo charus, ut prater alia mira Dei benevolentiae erga se argumenta, ea quae rara, tamē familiaritate cum Angelis viceretur, ut dum illi canerent Ecclesiasticum illum Hymnum, Regina celī letare &c. ipse quoque cum illis voce (ut ipsem scriptum reliqui in suo secreto libello post eius mortem inuenio) grandiore (ut ego interpretor, Basso musico) concineret, & varia secreta Deo reuelante.

lante disceret. Quorum indubium testem habeo P. Ludovicum Masellum, eius in Collegio Romano (in quo Sacras Literas ille tunc explicabat) Confessarium, à quo id acceperit, dum esset Albus Italiæ sub P. Claudio Aquauiuâ, nostro Præposito Generali. Hanc rem S. Basilius

^{47.} ^{48.} ^{49.} ^{50.} ^{51.} ^{52.} ^{53.} ^{54.} ^{55.} ^{56.} ^{57.} ^{58.} ^{59.} ^{60.} ^{61.} ^{62.} ^{63.} ^{64.} ^{65.} ^{66.} ^{67.} ^{68.} ^{69.} ^{70.} ^{71.} ^{72.} ^{73.} ^{74.} ^{75.} ^{76.} ^{77.} ^{78.} ^{79.} ^{80.} ^{81.} ^{82.} ^{83.} ^{84.} ^{85.} ^{86.} ^{87.} ^{88.} ^{89.} ^{90.} ^{91.} ^{92.} ^{93.} ^{94.} ^{95.} ^{96.} ^{97.} ^{98.} ^{99.} ^{100.} ^{101.} ^{102.} ^{103.} ^{104.} ^{105.} ^{106.} ^{107.} ^{108.} ^{109.} ^{110.} ^{111.} ^{112.} ^{113.} ^{114.} ^{115.} ^{116.} ^{117.} ^{118.} ^{119.} ^{120.} ^{121.} ^{122.} ^{123.} ^{124.} ^{125.} ^{126.} ^{127.} ^{128.} ^{129.} ^{130.} ^{131.} ^{132.} ^{133.} ^{134.} ^{135.} ^{136.} ^{137.} ^{138.} ^{139.} ^{140.} ^{141.} ^{142.} ^{143.} ^{144.} ^{145.} ^{146.} ^{147.} ^{148.} ^{149.} ^{150.} ^{151.} ^{152.} ^{153.} ^{154.} ^{155.} ^{156.} ^{157.} ^{158.} ^{159.} ^{160.} ^{161.} ^{162.} ^{163.} ^{164.} ^{165.} ^{166.} ^{167.} ^{168.} ^{169.} ^{170.} ^{171.} ^{172.} ^{173.} ^{174.} ^{175.} ^{176.} ^{177.} ^{178.} ^{179.} ^{180.} ^{181.} ^{182.} ^{183.} ^{184.} ^{185.} ^{186.} ^{187.} ^{188.} ^{189.} ^{190.} ^{191.} ^{192.} ^{193.} ^{194.} ^{195.} ^{196.} ^{197.} ^{198.} ^{199.} ^{200.} ^{201.} ^{202.} ^{203.} ^{204.} ^{205.} ^{206.} ^{207.}

glossa ad tanti fecit, vt tradens p̄cepta videnti S. Gregorio Nazianzeno, inter alia id posuerit: In primis, inquit, magno studio id comparandum habemus, scilicet ut sermocinari possumus, ut nec contentiosiss percutiemur, nec affectantius respondemus, ut differenti non obloquiamur, nec interfici, ac interpellare gestiamus, absurdâ ostentatione fastidius, præferente.

Reprehensionem quoque meretur, si multum loquantur Iuniores praesente Superiore, vel valde Seniore; signum id quoddam nimis libertatis est, & invercundie. Benè etiam ait S. Ambrosius: Silentium quoque ipsum in quo est, reliquarum virtutum optimum, maximus autem verecundia est. Denique si aut infantie punitatur, Superbia probro datur, si verecundia laudi dicitur. Nec carebit virtio velle semper loquacem esse, & vix sinere alios loqui. Et, vt ait S. Gregorius Nyssenus id improbans, verborum velut grandine colloquentes obseruare. Talem loquacitatem S. Ambrosius, appellat. Imoenitatem virtutisq; naufraginum, atque incertum prolationis & culpe.

Præcipitanter & nimis cum volubilitate loquentes damnat Clemens Alexandrinus, tamquam non retinuentes voci ius suum.

Contradicere loquentibus non decet, & corrigere narrationes aliorum præsentium: Narratores auribus Religiosi non conuenientes, aut ea proferre, quia vel famam lèdant alienam, vel auerſionem animi excitare possunt, contra aliquem; exprobare, etiam ioco, alterius defectū naturæ, vel morum.

Inconsiderata locutio, per quam excedant verba, quantum pœnitentia postea, in vitio est. Idem, inquit S. Chrysostomus, Deus lingua velut muro duplice voluit circundari. Nam dentum tegmine, & laborum custodiā continetur, ne verba imprudenter garrulitate proferantur. Et, vt obseruavit S. Gregorius Nyssenus, Idcirco & tenuis illa membranula, qua cum ipsa lingua mentum interius deuincit, franguntur, ne in pœnitentia loquatur, & inconcinne. Ad quod lingua per se valde proclivis est. Non enim frustra lingua in rido est, inquit S. Augustinus, quia facile labitur. Ne autem labatur, præcedat consideratio locutionem, nequid inconsideratè dicendum excedat, & vel loquenti noceat, vel offendat audientem, & prolatum est pœnitentia.

Cicerone scribit S. Augustinus: Nullum inquam verbum, quod revocare velleret, emisit. Et quod magis confundere debet homines ad perfectionis statum vocatos, idem subdit: Et illos, quos vulgo moriones vocant, quantum magis à sensu communi diffontant, magisq; absardi & insulti sunt, tantum magis nullum verbum emittunt, quod revocare velint. Si ergo morionum quoque mos est, qui stultitiam pro-

sunt, ne stulte loquantur, sed apte & ingeniōs, & accommodatè ad exhilarandos præsentes; quantopere Dei seruos decet, nil non meditatim eloqui, ne quod stulte protulerint, diuinis aures offendat. Hinc S. Basilius monuit: In primis magno studio id comparandum habemus, scilicet ut sermocinari possumus &c. Expendendum prius, quid dicturum sis, atque ita demum edendum & promulgandum. Qui non præmeditata loquuntur, eotum orationem Gellius ait existimatam ab antiquis In ore nasci, non in pectore: linguam autem debere non esse liberam; nec vagam; sed vincula de pectore mo, ac de corde apis moueri, & quasi gubernari.

Mandendo cibum, labii sonum edere porcino simile turpe est, vt ni mis labia mouere, inter edendum more audiourum, dum cibus masticatur, labia diducere & os aperire, ita vt ab aspiciente videri possit cibus, cum naufragia in os ingestus. Dedecet, inquit S. Dorotheus, Monachos Ser. 2. 3. cap. 12. os patulum inquam habent.

Ossa todere, vel dentibus catenam ossibus adhaerentem ab eisdem auellere, quod cultro faciendum est.

Dentibus auellere panis, vel carnium, vel casei partes, alterius sue rei, vt fructuum à similibus eiusdem rei partibus.

Iuscum feruentis non agitatione cochlearis in partina (vti faciendum est) sed sufflationis sibilis, & oris flatu in cochleari ori vicino refri- gerare.

Ita onerate cochlear re aliquâ, vt non uno tractu, sed per partes illud exaurias.

Folia, chartam, paleas, & his similia mandere.

Fænum est bibere ante deglutitum totumoris cibum, quod & Clemens Alexandrinus, & S. Bonaventura indecorum putat.

Bibendo sonum quendam edere.

Bibendo aliò circumspicere; sorbere iuscum, non ex cochleari per vices, sed sine illo ex seculella.

Bibere è scypho, vel vitro ita replete, vt loco vix moueri possit sine effusione.

Dentes in aliorum equalium conspectu dentis calpicio mundare.

Os implere cibo copioso usque adeo, vt tubam inflanti sit simile.

Os orbem versus & cibum, nimium inclinate.

Spuere vel excreare sèpè inter edendum, & terram aliorum conspectui expositam his soribus fadare, nec pède obterere. Quod & S. Dorotheus improbandum duxi: Quod si, inquit, te tuſſis, vel pituita, cum ad mensam sedes, inuaserit, verte faciem tuam retrorsum, & expue modeſtè.

Ructus necessarios, qui impediti non possunt, cum strepiti & vehementi quadam, præfertim post comedum raphanum (si tamen strophiolo os benè munias, & sic eructes sine tetro

P qdore

NICOLAI LANCICII OPUSC. SPIRITAL.

odore aliis molestio, illud eructabis) ossa, spinae, aliaque escienda ex ore immediate in orbem eicere quod fædum est, sed in sinistra, vel dextra manus volam talia sunt ex ore demittenda & manu deinde reponenda in orbe,

208. Auidè comedere & bibere, cum effusione quadam affectus, & faciet ad cibos, sine domino & moderatione famis & sirs : cibos male conditos, ut amaros, nimium salbos, vel acidos respire; sic etiam potum palato tuo non aridet.

209. Oscitando, manu non tegere os diuinctum, Inter oscitandum, spiritum, & os comprime, inquit S. Dorotheus. Oscitare cum sono quadam & specie spiritali, præsertim aliis orantibus, valde indecorum est. Hinc apud Romanos, qui in Cenorum auditorio sonore nimis oscitasset, penam incurrebat Censoriam, teste Gellio, & quidem grauem.

210. Cum ridendum est, inquit S. Dorotheus. Care, ne in tuo risu exeras dentes. Tristitiam, inquit S. Bernardus, maximè in Conuentu dissimula, quandam in facie hilaritatem pretende.

211. Nihil hic dicam de bono linguae usu, quoad materiam sermonum, ne scilicet lingua vntetur ad sermones cum peccato coniunctos. Horum enim tractatio non ad curam minimorum pertinet, sed ad rerum maioris momenti, quam sint minima, quæ sola hic commendanda suscepimus. Non possum tamen hoc loco non commendare monitum S. Basili sui datum: Iusurandum de Frairum Conuento prossus expellitor. Quamus enim non sit omne iuramentum à Christo Domino prohibitum, et si contrarium sapienter inculceret S. Chrysostomus in suis ad populum Antiochenum homiliis, tamen, nisi ad illud magna necessitas vel utilitas non dubia cogat, satis sit iuxta Christi præscriptum, tantum dicere: Est, est, non non. Bonus quoque lingue usus erit, si duo alia eiudem S. Basili monita seruentur: 1. in fine sermonis illius datum, nimurum, si peccata quous die commissa in conscientia examine (quod ibi, antequam eatur cubitum, facere iubet) inuenta, audientibus omnibus enunciatur, ut per communem orationem sanentur morbi illius.

212. Deinde præclarum & illud eiudem est monitum sequenti sermone traditum: Sermo futilis exterminator, susurrationes veræ, atque in aurem locutiones, & qua per nutus fieri solent significantes, hec omnia à Fratrum Conuento longissime submuntor. Nam & detractionis, suspicionem habet susurratio, & qua nutus fit significatio, ea fratri indicio est, malitiosum aliquem dolum in re obsevare latere. Et ex huiusmodi rebus odia, suspicionesque nascuntur.

213. Denique iuxta doctrinam S. Ambrosij, Accusat suauis sermo, ut conciliet sibi affectum audientium, gratumq; se vel familiaribus, vel cuiuslibet, vel si fieri potest omnibus præbeat.

214. Et, ut monet S. Bernardus, Sermo tibi in tempo-

re sit, aut seruus, aut nullus. Et infra: Verba tua sunt ræta, vera, ponderosa, & de Deo.

Et S. Basilius monet: Nihil anxie, aut curiosus percontere de hominum huius seculi vita: nihil enim tibi hinc emolumenti accreuerit. At siquidem David: Ut non loquaris meum opera hominum. Quisquis enim non libenter ea doblaterat, qua à peccatoribus designantur, is illicium voluptatum, que quadrangulus consopite erant, aduersum se redacte inceptu, & infigat. Quin age, potius, in vitam iusforum studio propensore inquire, hinc enim internancisci queru, quod tue ipsius instituende vita non vulgariter proficit.

CAPUT DVODECIMVM.

De iusu manuum, digitorum, & brachiorum.

INter alia humani corporis membra, circa 217. Ixorū compositionem, & moderationem versatur virtus modestia, ut docet S. Thomas, non postremum est manus, appellata ab Aristotele, & Galeno, instrumentum ante instrumenta. Ideò benè è vietendum est.

Manus mentum non sustinet, monet Clemens Alexandrinus: Illiberale enim est, & indecorum, se ipsum non ferre, idque datur ritio adolescenti.

Stoici, teste Clemente Alexandrino, ne dignum quidem tenerè mouere permiserunt Sapienti.

Valde indecens habetur à benè moratis & honestis hominibus, aliis certentibus digitos naribus inserere, indeque lordes extrahere, vel iis dentes mundare, & carnium reliquias intra dentes relictas venati (hoc enim statim à coagulatione, & trophiolo occultatis digitis, & citio, si opus sit, perficiendum est).

Digitos iuscule alia re ad mensam inficeret, quod tanquam à ratione alienum improbat. Clemens Alexandrinus, & S. Bonaventura ex Hincone Victorino, & quod fædus, non linteum, orbi supposito, sed lambendo & lingendo mundare, more canum: digitos ita colorato iuscule Huic inficeret, ut ad eos extergendos opus sit ferè totum linteolum vñ vice commutare, & alii, pro diebus sequentibus, ita conspurcatum relinquere, idèo digitis nunquam iuscule immergendi, iisque sine furcinulis, vel cultro, aut modico pane nihil tangendum, quod valde maculare possit.

Scyphos, vel vitra, cantharos è mensis auferre, digitis intra illos impositis, & non auferre potius per fundum ab exteriori parte apprehendere, & contrectare.

Poculum, vel vitrum, vel scyphum pro potu destinatum, orificium versus, illasque partes, quæ ori (dum potus bibitur) inseruntur, continere, & contrectare.

Fricare caput, aliasque partes inter comedendum, bibendumque, ut & alio tempore aliis spectantibus.

Scri-